



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Literæ quibus Canisio gratulatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

Quartus cum ab Augustano Cardinale, qui maxi-  
mè omnium triumphabat, Romæq; versabatur  
hoc tempore, ea cognouisset, vehementer exhi-  
laratus vltro dixit. Verè digni sunt fauore hi Pa-  
tres: atq; equidem quicquid ex me priuilegij, be-  
neficii que spiritualis Pater Canisius, aut Societas  
ipsa postularit, volens concedam. Tum paterno  
studio gratulandum Canisio, addendosque ani-  
mos putauit propriis literis: quarum exemplum  
hoc est.

Dilecto filio Petro Canisio, Or-  
dinis Societatis Iesu Christi,  
Pius PP. Quartus.

**D**ilecte fili salutem, & apostolicam benedictionem. Ad aures nostras, dilecto filio nostro O-  
thone Cardinali Augustano referente, peruenit,  
quo studio, qua diligentia, qua caritate desistis istic o-  
peram, ut quam plurimos eorum, qui Hareticorum  
fraudibus decepti a recta religione aberrarunt, in  
salutis viam reducas: quantum etiam superna coo-  
perante gratia proficias. Magna nobis consolatio  
Litera, quibus  
Carissimo gratia.  
Lat. Lat. Lat.

nifuit tam optatus nuntius. Agimus Omnipotenti Deo gratias, qui pro sua misericordia tam multos iam, sicut audiimus, per ministerium prædicationis tuae in Ecclesiam Catholicam reuocarit. Iusta fili, ut cœpisti, & enitere, ut quam maximum animarum lucrum facias. Urget ampiam, tan sanctam negotiationem. Noli defatigari in tanto sancto opere, sed dulcitat�ua ab eo, cui famularius p̄mum laturus, quod bonis, & fidelibus seruis suis promisit. Si quid vero à nobis desideras, quod conferre aliquid posse credas ad animarum salutem, bentianimo quicquid postulaueris, concedemus.

Datum Roma apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die 5. Martij, 1561. Pont. nostri anno secundi.

*Canisij responso.*

Attulerunt hæ literæ tot inter ærumnas multum consolationis, animiq; famulo Dei: & adeo responsum hoc edidit.

**B**eatissime Pater, Immortales ago, habeoq; gratias q; sanctitas Vestræ, quam nihil in terris est sublimius, ad me, quamvis exiguum, & indignum literas dare, suumque famulum tot modis recreare dignata est. Benedictus Deus, & Pater Dominus nostri Iesu Christi, qui admirabilis spiritu suo tam potenter, quam suauiter operatur in S. V. ut ei dem

